

A. 1234 | v.

10. fel.

n. 318




A me DEUS nuptos hos firmo jungito nexu  
 Conjugij magna prosperitate sui.  
 Fortunæ lulum patienter ferre laborent  
 Et videant plures pignora cara dies.  
 Absit Eris miseris mala ferri quæ incommoda secum,  
 Adsit Eros contra commoda mille creans.  
 Completis tandem multis concorditer annis  
 Transfer in astringeri regna beata poli!

Ænigma

Grammatici Verbum Sponsus cum Nomine Sponsaq;  
 Inter se variant. Uepide dic, quid id est?

Martinus Wagner Sen.  
 Past. & Superintend. Barr.  
 Civis.



MYSTA DEI factus, fas est en dogmata PAULI  
 Ne quoque te Paulum, iussa verenda, sequi.  
 Dum docet hic potius justas apprehendere cædas  
 Uri quam flammis, corde animoque feris.  
 Quando etiam, servum Domini, ex umbone docentem  
 Unius Uxor is percipit esse marem.  
 Ergo age Tu fretus Paule his duc latus ELISAM  
 Junge tuis thalamis, Sponse novelle, piis.

illa

*Illis tuis oculis semper sit dulce levamen  
Busida vatis, ceupia costa fuit.  
Hæc eadem faciat, multâ te prole parentem  
Cernere, quâ videas, innumerosqve soles.*

*Evx*

*¶ Ora potens Sponso faveas Sponseqve benignis  
Sicqve meis precibus pondus inesse sinas.*

*suo Collegæ, non tam ex more, quàm ex amore  
applaudens f. Leonhardus wagner  
Ecel. Bartph. à Concionibus germanicis.*



Sic Nos **FATA** trahunt retrahuntqve.

**V**itæ dum Nostræ cursum studiò meditatur  
Qui fuimus, Sumus, quiq; aliquando **ERIMUS**.  
Sæpius attoniti Hunc miramur mente profundâ  
Scrutantes Causas Cursum tam variâ  
**Mystra** Bartphensem dum Te doctissime **KRAII**  
Jamq; simul **SPONSUM** mente piâ reputas.  
Quid sentis? annon miraris? Corde fateris?  
Hoc eventurum neve putasse quidem  
**Stoicus** id **FATO** fatuo transcribere sive vit  
**Astrologus** Cœli viribus assiduis.


Veriùs

10 fel.

1318

Veriùs at **FATO DIVINO** adscribimus **ISTHÆC**  
Omnia quod miris dirigit auspiciis.  
Præfide **DIVINO FATO** connubia fiunt  
Ergò nunc etiam Vir Reverende **TUA**.  
Dirigit hoc **FATUM DIVINUM**: ingrata propulset  
Vobis una simul mens sit & unus amor.

Ita vovebat cordicitùs  
Martinus Pfeiffer, Sch. Par. Rect.  
Affinis Sponsæ.



**PAULUS KRAY**: ἀνάγκη **PULCRA ISVIA**.  
Expolito per Sermocin: Sponsicum Sponsa.

Sponsus. **Elisabeta DEI** requies es nomine, fies  
Elisabeta quies nomine reqve mea?  
Sponsa. Sponse viâ pulchrâ is, requies tua nomine fiam  
Req: simul donec vixero. Paulus enim es.  
Sponsus. **Elisabeta Dei** requies mea certa quies, spes,  
Tu mihi sola quies, tu mihi larga quies.  
Sponsa. **Pulcra is** Sponse via, requies ego certa tibi sum  
Larga quies tibi sum. Nâ mihi Paulus eris.  
Sponsus. **Elisabeta** quies Domini, recreare potenter  
Mencê animûmq; vales, dulcis amica meû.  
Sponsa. Sponse viâ is pulchrâ, recreabit amica potenter  
Mens mea te cristem. Tu mihi Paulus eris.

Votum.

Votum.

Sancta quies foveat Neonymphos firmiter alto  
Gratia larga DEI det Sobolemque piam.

Ita Sponso Sponsaque Anagrammate  
Caesareoforesi vovet & congratulatur  
Michael Czapko. B. Sch. B. Coll.



Jova Torum sanxit primùm sancto in Paradiso.  
mirum! Res Thalami

Sanxit Jova Torum primùm ut medium benedictum.  
mirum! Res Thalami

Jova Torum sanxit post auxiliumque laboris.  
mirum! Res Thalami

Sanxit Jova Torum post Carnis ceu medicinam.  
mirum! Res Thalami.

Jova Torum sanxit SPECULUM MYSTERIA monstrans.  
mirum! Res Thalami.

Ergò cū Thalamum aggredieris, benè! pectore toto  
Vovi, contingant hæc Tibi mille modis.

Georgius Roth  
Sch. Bartph. Cant.

Sponse,

10 fel.


n. 318



Sponse, Tibi Sponsam Divino munere jungi  
Gaudeo, & ex imo pectore lator ego.  
Faxit Conjugii celestis Fautor & Autor,  
Ut benè procedat, quod benè cœpit opus.  
Ut videas Natos, sic Natorumque Nepotes!  
Hæc sit nunc voti summa caputque mei.

ἠλοκαρδίως  
ita vovebat

Andreas Eckelius  
Collab.




Nonne dies præsens nive ó signanda lapillo?  
Qui, quod ego quæro, jam Tibi Sponse,  
tulit.

Annon est felix talis cui Sponsula casta  
Hic datur? ac illâ qui caret, ecce, miser!  
Tu peregrinus eras, ast ecce domesticus audis  
Bartphæ, Bartphensis nam Tibi Virgo da-  
tur.

Hanc

Hanc Tu semper ames, serves, huic semper ad-  
hære,  
Sit torus hic vester non sine prole novus.

Matthias Vitriarii  
Sch. Bartph. Audit.



Hymenais Solennibus  
VIRI REVERENDI DOCTISSIMI

DN. PAVLIKRAY

ECCLESIAE SCLAVONICÆ BARTPHEN:  
Diaconi dignissimè industrii  
SPONSI

ET  
PUDICISSIMÆ VIRGINIS  
ELISABETÆ  
PRUDENTISSIMI ac CIR-  
CUMPECTI

DN. JACOBI KLÖSZ  
REIPUBLICÆ BARTPHENSIS  
Judicis dignissimi, gravissimi  
FILIAE CHARISSIMÆ  
SPONSÆ

*instituta*

*Anno*

Sponse TIBI ELISABETH CASTA MODESTA, VENI.  
SCHOLA BARTPHENSIS  
CONGRATULATUR.